NICOLAUS DE LYRA
Österreich (Salzburg), 1457
Seite 229r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26859
Copyright: Admont, Benediktinerstift

peccatoribus segregatus quantum ad cohabitationem et ideo legitur eum cum peccatoribus comedisse et bibisse et tamen clementissimus medicus eis condescendisse propter eorum salutem fuit tamen segregatus a peccatoribus quantum ad participationem cum eis in peccato quia talis segregatio erat virtuosa et salutifera et commoda non sic autem segregatio prima et excelsior cetis fidelibus quia ipsum in naturam divinam excellit omnem creaturam. Qui non habet potestatem Hic dicit excludit a xo imperfectiones que erant in sacerdotibus veteris testamenti Erat enim imperfectionis quod sacerdos veteris testamenti non solum offerebat sacrificium pro peccatis populi in die expiationis sed etiam cotidie offerebat utilitatem pro peccatis propriis Tum imperfectionis erat quod hoc fiebat non tam semel sed pluries quia una oblatio non sufficiebat pro omnibus peccatis propter sui imperfectionem Christus autem bis una hostiam scilicet corpus suum in cruce non bis pro peccatis propriis sed tam pro aliorum et hoc est quod dicit Qui non habet quotidie necessitate et pro populi usque ibi lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes .i. promptitudinem ad peccandum et sic peccabant aliqui sicut alii homines non sic autem xus propter quod subdit Sermo autem iuriusiurandi qui post legem est filium dei in eternum perfectum .i. ibum divinum ut supra dictum est loquens de sacerdotio xpi constituti per iuramentum divinum ostendit quod filius dei est constitutus sacerdos noui testamenti quod est post legem moysi ordine temporis sed non ordine dignitatis Ad maiorem evidentiam huius verbi quod habetur hic ad hebreos Quod minus est maiore benedicitur Videtur quod hoc non sit verum tripliciter primo quia consecratur ab episcopo hostiensi et tam per maiorem est ex ipsa sua electione etiam antequam consecretur item archiepiscopus consecratur a suis suffraganeis episcopis minoribus Insuper continuum est auctoritatis apli quod dicat illud esse verum sine ulla contradictione. Primo dicendum quod circa hoc erraverunt quidam heretici qui nominantur pauperes de lugud Quia enim quilibet iustus maior est quotiens quantum peccare Ideo dixerunt quod sacerdos peccator non potest benedicere iusto etiam puro laico sed commisso quilibet iustus maior est quociens peccare. Ideo dixerunt quod sacerdos peccator non potest benedicere iusto etiam puro laico sed commisso quilibet iustus et puro laicus est sacerdos vero et nullus alius Sed hic error est minimis pomosus quia si sanctitas ministri sit de necessitate sacramenti nulla erit certitudo in sacramentis ecclie quia nullus scit certitudinaliter se esse in statu gratie multo minus potest hoc scire de alio et per consequens de nullo sciretur verum